UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

R. P. Ioannis Polanci Societatis Iesv Theologi, Directorivm Breve, Ad Confessarii, Ac Confitentis Mvnvs Rectè Obeundum

Polanco, Juan-Alphonso de

[Köln], 1617

Quantum debeat restitui.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41600

Visual Library

rū, &c. quomodo reſtituendū. Virginē deflorās ad quid teneatur.

Qui virginem ſeducendo, aut per vim deflorauit, eam ducere in vxorem tenetur, vel arbitrio boni viri ei ſatisfacere. Quod ſi promiſit ſe eam ducturum, tenetur ducere, niſi magnum inde ſcandalum vel notabilis infamia ſequeretur.

Nota.

Quod ſi vel ipſa nubere, vel pater eam tradere nollet, tenebitur arbitrio boni viri ſatisfacere. Si autem volentem defloraſſet, non tenetur ſatisfacere; minùs etiam in vxorem ducere.

Quantum debet reſtitui.

Quantitatis rei certitudo vel incertitudo, reſtitutionis quantitates variāt.

SI quantitas rei vel damni ſit certa, tantundem reſtituetur: ſi incerta, vt in injurijs, &c. quantum bonus & prudens homo judicabit, cōſideratis circumſtantijs ſingularibus rei, temporis, loci, & perſonæ, & huiuſmodi.

Quantū poſſeſſor bonæ fidei reſtituit, ſi aduertit, &c. Quantū poſſeſſor malæ fidei.

Poſſeſſor bonæ fidei, ſi antequam currat præſcriptio, aduertit rem quam poſſidet, non eſſe ſuam; in conſcientia tenetur reſtituere rem ipſam & fructus, in quibus eſt factus ditior, niſi hos poſſederit bona fide tribus annis, ſicut etiam tenetur reſtituere rem ipſam & damna, & fructus perceptos tempore malè fidei, deductis expenſis factis gratia colligendorum, & quærendorum, & conſeruan-

torum

dorũ fructuũ. Et eadẽ ratio eſt de eo q̃ nõ ſoluit legatũ per multos annos: tenetur enim fruct⁹ etiam perceptos reſtituere.

Vbi reſtitutio fieri debeat.

Bonæ fidei poſſeſſor vbi reſtituat.

SI reſtitutio eſt neceſſaria, propter rem alienam, quam quis habet bona fide, fieri debet in loco vbi res habetur.

Vbi poſſeſſor malæ fidei.

Si neceſſaria eſt reſtitutio ex injuſta acceptione, reſtituatur vbi Dominus rei ſeruetur indemnis, & ſi quis grauandus eſt, occupator grauetur qui ſemper fuit in mora.

De tempore reſtitutionis.

Statim reſtituendum.

TEnetur quidem ſtatim reſtituere, qui debet includitur enim præceptum negatiuum: ſcilicet non tenere alienum. Tamen, illud Statim, ſic intellige, vt ſit paratus animo ad reſtituendum, quam cito commodè poterit: quantùm vero ad executionem, debet reſtituere congruo tempore, ſeruatis debitis circunſtantijs.

Statim quomodo intelligendũ.

Quæ excuſant ad reſtituendũ ſtatim.

Tria vero poſſunt excuſare à reſtitutione ſtatim facienda. Primo, voluntas Domini concedentis dilationem Secundo, ignorantia rationabilis juris, vel facti. Tertio impotentia; de qua ſex

Sex conſideranda.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN